



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Calendarivm Novum & Antiquum

Thomas <von Kempen>

Coloniae, 1651

September.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55129)

III. 30 Quid times tollere crucem,  
per quam itur ad rēgnū. lib.  
l. cap. 12.

Prid. 31 In vera contritione &  
cordis humiliatione nascitur  
spes veniæ, reconciliatur per-  
turbata conscientia, reparatur  
gratia perdita, tutus fit homo  
à futura ira, & occurrunt sibi  
mutuò in osculo sancto Deus &  
pœnitens anima. l. 3. c. 57.

Dies  
mensis  
Kalend. 1

## SEPTEMBER.

Multò nobilior est illa  
doctrina, quæ defur-  
sum ex diuina influenza ma-  
nat, quàm quæ laboriose hu-  
mano acquiritur ingenio. l.  
3. c. 36.

IV. 2 Quidam non planè Deo  
confidunt, ideo prouidere sibi  
fatagunt. l. 3. c. 42.

III. 3 Stude cor tuum ab amore  
visibilium abstrahere, & ad in-  
uisibilia te transferre. l. 1. c. 1.

Prid. 4 Quis est homo, qui ita cautè  
&c

& circumspēctē in omnibus se  
custodire valeret, vt aliquando  
in aliquam deceptionem vel  
perplexitatem non veniat. l.  
3. c. 50.

Non. 5 Si non vincis parua &  
leuia, quando superabis diffici-  
cilia? l. 1. c. 11.

VIII. 6 Per multas tribulationes  
oportet nos intrare regnum  
Dei l. 2 c. 12.

VII. 7 Natura exteriora homi-  
nis respicit, gratia ad interi-  
ora se conuertit, illa frequen-  
ter fallitur, ista in Deo spe-  
rat, vt non decipiatur, l. 3. c. 36.

VI. 8 Quis habet fortius certamē-  
men, quā qui nititur vincere  
se ipsum? l. 2. c. 3.

V. 9 Non reputes te aliquid pro-  
fecisse, nisi omnibus inferiorē  
rem te sentias. l. 2. c. 2.

IV. 10. Sint omnia sub te, & tu  
non sub eis. l. 3. c. 43.

III. 12 Esse sine Iesu, grauis est in-  
fernus: & esse cum Iesu dulcis  
paradisus. l. 2. c. 8.

Prid, 12<sup>a</sup>

- Prid. 12 Si vis vtiliter aliquid sci-  
re & dicere, ama nesciri, & pro  
pro nihilo reputari. l. 1. c. 2.
- Idib. 13 Vinam non multum ad-  
hererem futuris euentibus,  
sed & ad beneplacitum tuum  
me incunctanter offerrem. l.  
3. c. 44.
- XVIII. 14 Rarò inuenietur tam  
spiritualis aliquis, qui omnibus  
sit nudatus. l. 2. c. 11.
- XVII. 15 Non est hominis felici-  
tas, habere temporalia ad abun-  
dantiam: sed sufficit ei medio-  
critas l. 1. c. 22.
- XVI. 16 Nec est extra me valens  
auxilium, neque vtile consili-  
um. sed neque durabile remedi-  
um l. 3. c. 35,
- XV. 17 Si aliquid boni habueris,  
crede de alijs meliora, vt humi-  
litate conferues. l. 1. c. 7.
- XIV. 18 Dispone, & ordina om-  
nia secundum tuum velle, &  
videre, & non inuenies, nisi  
semper aliquid pati debere,  
aut sponte, aut inuitè. lib. 2.  
cap. 12.
- XIII. 19.

- XIII. 19 Nunquam sentire aliquam  
perturbationem, nec pati ali-  
quam cordis vel corporis mo-  
lestiam, non est præsentis tem-  
poris: sed status æternæ quie-  
tis. l. 3. c. 29.
- XII. 20 Si aliter sit illis, quàm cupi-  
ant: citò mouentur & tristes  
fiunt. l. 1. c. 14.
- XI. 21 Qui veram & æternam  
gloriam desiderat, temporalem  
non curat. l. 2. c. 6
- X. 22 O quam bonum & pacifi-  
cum de alijs silere: nec indiffe-  
renter omnia credere, neque de  
facili vltèrius effari. l. 3. c. 50.
- IX. 23 O qui scintillam haberet  
veræ charitatis, profectò om-  
nia terrena sentiret plena esse  
vanitatis. l. 1. c. 15.
- VIII. 24 Sancti mei non habue-  
runt consolationes, sed patien-  
tenter sustinuerunt se in om-  
nibus. l. 3. c. 40.
- VII. 25. Nec inimicum diaboli ti-  
mebis, si fueris fide armatus, &  
Iesu cruce signatus. l. 2. c. 12.

- VI 26 Ad minus sustine patienter, si  
non potes gaudenter, l. 3. c. 26.
- V 27 Pone te primo in pace: & tunc  
alios poteris pacificare, l. 2. c. 3.
- IV 28 Cui æternum verbum loquitur.  
à multis opinionibus expeditur, l. 1. c. 3.
- III 29 Verba viam ostendunt, sed tu  
confortas ad ambulandum, l. 3. c. 2.
- Prid. 30 Qui timorem Dei postponit,  
diu stare in bono non valebit,  
sed Diaboli laqueos citius incurret, l. 1. c. 24.

Dies  
mensis.

## OCTOBER.

- Kal. 1 **Q**uam bonum, DEVM semper inspectorem cordis  
querere, nec omni vento verborum circumferri, l. 3. c. 50.
- VI 2 Site subtraxeris à superfluis  
locutionibus, nec non à novitatibus & rumoribus audien-  
dis, invenies tempus sufficientis & aptum ad bonis meditationibus  
insistendum, l. 1. c. 29.

Mali